



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

168. An Nouitij D. Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, & præsertim D. Ioannis
gaudeant priuilegio fori? Et ex doctrina huius quæstionis infertur, an
Prælati Religiosorum ex iusta causa, possint differre ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

De Immun. Eccles. Ref. CLXVIII. & c. 179

RESOL. CLXVIII.

An Nouitij D. Iacobi, Alcantara, Calatrava, & praeserim D. Iohannis gaudeant privilegio fori? Et ex doctrina huius questionis inferatur an Pralati Religiosorum ex iusta causa possint differre professionem Nouitij apti? Ex part. 5. tract. 1. Ref. 18.

§. 1. **H**is diebus in facti contingencia accidit casus hic de quo interrogatus fui, & negatiuam sententiam tenet Mastrillus *decis. 290. nu. 166.* vbi sic ait. An miles huiusmodi Ordinum, qui adhuc professionem non fecerit, gaudeat privilegio fori? Dico quod non, secundum Socinum *in cap. propofuisti, de foro competenti & Bossum eod. tit. num. 144.* & ita alias vidimus practicum in Regno. Ita ille. Cui adde Villadiego *in Polit. cap. 5. §. 20. num. 112.* & 114. Bobadilla *in Polit. tom. 2. lib. 2. cap. 19. num. 16.* & seg. Rodriguez *in qq. reg. tom. 2. q. 62. art. 14.* & Hieronymum Cencido *de paupert. Religiosa, dñb. 50. n. 20. ibi, [Lo qual se entienda si delinquen despues de professos.]*

2. Sed ego affirmatiuam sententiam profus tenendam esse puto, quam alibi docui, & me citato docet nouissimè Illustr. & amantiss. Dominus meus Ambrosius Marchin. Archiep. Calagunitanus *in res. pro Nouitijs dictorum Ordinum, vbi in fine, sic asserit.* [De todo lo qual consta que todos los Nouitios de todas las tres dichas Ordenes Militares sin diferencia ni distincion alguna en todos, y qualquier delictos sin excepcion alguna dellos gozan del privilegio del fuero, y lo mismo se ha de desir de los de Montea y de todas las demas Religiones militares, que tuuierè la misma forma de los tres votos, y constituciones confirmadas por la Sede Apostolica.] Ita sapientissimus ille vir, cui adde videndum eruditum, & doctum Thom. Carleualium *de iudicijs, l. 1. tit. 1. q. 6. sect. 3. a n. 239. vsque ad n. 445.* qui responder ad ea, quae asserit Bobad. & ratio est, quia sicut. Nouitij Religionum Regularium gaudent privilegio fori ante emissam professionem, sic etiam Nouitij harum Religionum Militarium, nam, vt probat amicissimus & doctus Nonatus *tom. 1. q. 9. forens. cap. 2. 4. valet argumentum de statu Regularium ad statum & Religionem Religiosorum Militarium; & ita declarasse sacram Congregationem Cardinalium, testatur Riccius *in praxi tom. 4. ref. 249. num. 3.* quae quidem omnia procedunt, à fortiori in Nouitijs Religionis D. Ioan. Vnde nescio quomodo aliqui ausi sunt sine timore censurari Bullae Cænae consulere potuisse Principè laicum quemdam Nouitium dictae Religionis carere, cum supradicta Religio sit vt aliae Religiones Regularium, & dissoluat matrimonium ratum, & non consummatum, & contrarium asserere esset censura dignum; ergo, &c. Et ideo non est attendenda contraria consuetudo si adesset, etenim esset contra immunitatem Ecclesiasticam à sacris Canonibus & Bulla Cænae singulis annis reprobata.*

3. Nec valet dicere, quod supradicti Equites aliquando multos annos remanent in Nouitatu: nam hoc non tollit eis privilegium fori, vt probat Marchinus *vbi sup. adi illum & non pigebit, acutè enim & doctè, vt semper solet, materiam hanc pertractat.* Et pro Regularibus obseruat ex Rodriguez & Sanchez. [que pueden los Superiores por iusta causa ferre la profession de los Nouitios aptos, y assi confirmase de hõbres doctissimos de la Vniuersidad de Salamanca, se dilato en la Orden de San Francisco la profession de vn Nouitio hasta que cumplio los veyente annos, por que a quella edad era necessaria

para disponer de vnos bienes.] Ita ille quod est valde notandum, & ego olim conlului. Vnde ex his & per ea, quae late adducit Marchinus, & Carleualius, satis remanet confutata doctrina Petri de Vrtiez *in Astino vno p. 2. n. 109.* quem merito inter auctores prohibitos annueratuit sacra Congregatio Indicis *in decreto edico die 4. Februarij 1627.*

RESOL. CLXIX.

An iudex laicus possit civiliter, seu criminaliter cognoscere causas aduersus Equites D. Iacobi, Alcantara, Calatrava, &c?

Et An dicti equites gaudeant privilegio Canonis, & fori? Ex part. 1. tract. 2. refol. 73. alijs 72.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondent, qui opinantur, dictos Equites nõ esse verè Religiosos, quorum sententiam * *supra* refutauimus.

2. Et ideo asserendum est supradictos esse verè Religiosos, & gaudere privilegio fori, sicut gaudent ceteri mendicantes: & eorum Indices Conseruatores possunt excommunicationem fulminare aduersus iudices laicos qui illos cognoscere volunt. Et ita docet doctissimus Mota *de confir. ord. D. Iacobi, lib. 2. cap. 1. §. 9. ex Bullis Pontificijs Alexandri III. & aliorum.* Idem docuit Franciscus Molina, & Michaël Carranca praestantissimi Theologi apud eundem Motam *lib. 2. c. 2. §. 32. num. 31. & 43.* Et nouissimè hanc sententiam amplexus est Ceuallos *tract. de cognit. per viã viol. p. 2. q. 149. n. 23.* vbi ita pluries fuisse indicatum in Hispania, testatur Mastrillus *verò tom. 3. dec. 280. n. 165.* adducit litteram Regiam, datam die 10. Ianuarij, 1609. vbi statuitur, huiusmodi Milites in causis criminalibus, & mixtis gaudere privilegio fori; causas verò civiles terminari debere iuxta stylum, & consuetudinem loci. Sed pro omnimoda exemptione fori dictorum Militum, facit doctrina Layman *in Theol. mor. lib. 4. tr. 9. c. 7. num. 1.* & Suarez *contra Regem Angliae, lib. 3. cap. 29. num. 7.* asserentium, gaudentes privilegio canonis, gaudere privilegio fori. Sed dicti Milites D. Iacobi, Calatravae, &c. gaudent privilegio canonis, vt ex multis notat Bonacina *de consuris, disp. 4. q. 4. punct. 1. num. 7.* Filiucius *tom. 1. tract. 15. c. 1. q. 4. n. 14.* Marinus Antoninus *var. resol. lib. 1. cap. 112. cas. 63.* Carolus de Grassis *de effect. cler. effect. 9. n. 131.* Navarrus *conf. 11. de Regular. Giptius de cas. refer. cap. 3. num. 15.* & alij. Ergo debent gaudere privilegio fori; quia aliter in iure non est determinatum, vt de Clericis minoribus, qui gaudent privilegio canonis, sed non fori, si condiciones Concilij Tridentini non obseruant.

* Sup. in Ref. quae hic est infra 262. & in alijs multis eius not. postis ad lineam 5.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 1. Refol. 49. & 50.

RESOL. CLXX.

An Fratres D. Iohannis, qui portant mediam Crucem albam gaudeant privilegio fori, & gabellarum? Ex part. 3. tract. 1. Ref. 51.

§. 1. **N**egatiuè respondet Bobadilla *in politica tom. 1. lib. 2. can. 18. num. 233.* sic ait. [Los Constayles de la Orden de san Iuan de Rodas, que traen media Cruz blanca, ò vn Tao blanco, que son seculares, y viuen sin regla y con sus bienes y habito, y se casan, no gozan del privilegio del fuero, y essencion de tributos.]

2. Non desinam tamen hic adnotare, nouissimè Episcopum Viquequentem Aloysium Riccium *in praxi tom. 4. refol. 177. num. 3.* affirmatiuam sententiam docere;

lib. in Re. praeresi.

hoc in

hoc in Re. praeresi. & etiam alim Ref. & vi. eius

hic tra. Ref. a lin. c. g. am in Ref. in ipio, & in pr. in tr. in Ref. vlt. & art. 3. & 4. §. vlt.

conten. hoc b. f. leg. p. 10. & infra et 71 §. An & leg. 1272.